aureorum, vt videtur tex. in l. Diuus. ff. de bon. damnat.

5 *Quæro hic, ad quem pertineat expenſa executionis iuſtitiæ, puta, furcarum, carnificis, &c. Reſp. quod pertinet ad fiſcum. Et ita deciſum fuit per Capel. Tholoſ. deciſ. 41. ꝙ intellige, vt præcedat, niſi adſit conſuetudo in contrariũ. puta, quia cõmunit. loci eſſet in poſ ſeſſione furcas ſuis impẽſis erigendi, vt eſt in multus locis: nã eo caſu non eſſet ab ipſa conſuetudine recedendum.*

6 *Item[g] quæro, in quo loco fieri[h] debeat executio iuſtitiæ. Reſp. quòd debet fieri in loco cõſueto. Et ita regulariter obſeruatur, prẹterquã in famoſis latronibus. Illi enim ſuſpendẽdi ſunt in loco, ubi graſſati sũt, ut dicit tex. in l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. Et hoc vt ſint ſolatio conſanguineis occiſorum, & alijs terrori. Aliqui tamen, etiam in non famoſis, faciunt erigi furcas in loco i in quo furtum eſt cõmiſſum, quod ſe vidiſſe ſæpiſſime obſeruari atteſtatur Marian. in repet. c. qualiter, & quando, nu. 260. & dicit Bald. in l. 1. C. Nili. agge. non rumpẽdis, in primis verbis, quòd ita fit in multis locis, prout etiam dicit Ang. de malef. in verbo, vſque ad locum, ſe feciſſe obſeruari Peruſij quòd tamẽ mihi nõ placet; neque etiam placet Aug. ibi in Apoſtil. niſi eſſet enormiſſimũ delictum: neq; ego id apud nos vidi vnquam obſeruari, niſi in graſſatorib. uiarum, prout fuit quidam Antonius Lambertus, quid in domo campeſtri robariam commiſſerat; iuſſus enim fuit duci ad locũ delicti, et ibi ſuſpendit 9. Nouemb. 1555. P. N. & alij multi. Bene dicit Boſſ. in tit. de execut. ſentent. quòd ita ſæpe fieri vidit, maxime tempore regis Gallorum, ſed eo tempore ego nondum eram natus.*

7 *Vnum[i] tamen in hoc propoſito notabis, quòd quamuis lege, aut ſtat uto caueatur, aliquem propter aliquod delictũ eſſe flammis[k] comburendum, prout in crimine hæreſis, ſodomiæ, & falſi, et alijs, de quibus dixi ſupra q. 68. vſus tamen obtinuit, vt prius ſtranguletur, quam comburatur. Et ita apud Chriſtianos ſeruari atteſtatur Didac lib. 2. reſol c. 10. nu. 9. in fi. Et hoc obſeruari ẽt in relapſis vere pænitentib. at teſtatur Simancas de hæret. c. 55. nu. 15. Et hoc ad euitandũ periculum, ne propter lentum, & atrox genus mortis, cõdem natus forte in deſperationem inducatur. Et ſi caſus contingeret, ita omnino ſeruabis, quicquid dixerit Corſet. in ſuis ſingul. in verbo Pæna. vno tantũ caſu excepto, ſcilicet quando damnatus propter hæreſim nollet pænitere, neque ad catholicam fidem redire, nam eo caſu vtique eſſet viuus exurendus, prout etiã in Hiſpania ſeruari affirmat Didac. in loco prẹalleg. poſt nu. 10. verſ. tandẽ in Hiſpania. Quũ enim nulla ſit ſpes ſalutis, parum eſt de eius deſperatione curandum.*

Quæro[l] etiam ſi animal irrationale aliquod delictum commiſerit, (ſi tamen præſuppoſita carentiæ rationis poteſt delictum appellari) puta, quia hominem interfecerit, vel huiuſmodi, nunquid debet iudex illud animal punire pæna mortis? Reſp. de iure dicẽdum eſt, quòd non; nam merum imperium non exercetur in beluas. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Sapia in l. imperium, n. 6. ff. de iuriſd. om. iud. Sed conſuetudine in multis locis ſeruatur contrariũ. Et in ſpecie Guido Papẹ deciſ. 238. Si animal, atteſtatur ſe vidiſſe in Burgundia quendam Porcum ſuſpenſum in patibulo, eo quòd puerũ occidiſſet. Ceterum hæc conſuetudo mihi nunquam placuit, neque ego illam ſeruarem, niſi in vno caſu, quando ſcilicet homo ſe cum beſtia carnaliter commiſcuiſſet, tunc enim propter deteſtationem criminis, & ad terrorem aliorum, ſi homo eſſet propterea ſuſpendendus, uel comburendus, pariter facerem ipſum animal irrationale cum ipſo homine[m] ſuſpendi, aut comburi, prout etiã hoc caſu ita cautum fuiſſe[n] reperio in lege diuina, et pluries ẽt obſeruatum, vt dixi ſupr. hoc eo. lib. §. Fornicatio, verſ. cũ animali, et ideo non debuit iudicio meo Ant. Cauiſ. in Apoſtil. ad Are. in §. Item lex Iulia, poſt nu. 2. Inſtit. de publ. iud. deridere quendam præpoſitum, qui quum quidam, alie-

nu. 126. quòd vilis perſona poteſt cogi ad faciendum officium carnificis, præſtito ſibi condigno ſalario, & nõ probatur per
4 text. in d. l. diuus, † quod debeat eſſe quinq. aureorum, vt dicit Pariſ. in loco hic alleg. quia ille loquitur in Præſide, & officiali, & hodie illa lex eſt correcta per textum in auth. vt nulli iud. §. fi. ita declarat Io. Ant. Nigr. in c. grauamina, nu. 100. & ego nunquam vidi in practica, ꝙ ſoluantur quinque aurei, ſed vnum ſcutum tantum, quãdo quis ſuſpenditur, & duo, quãdo in fruſtra diuiditur; tamen conſuetudo loci attenditur.

5 Item † adde, quod ſi iudex habet plures carceratos, inter quos ſit vnus, qui poſſit condemnari ad opus publicum, poterit eum condemnare ad facien. off. carnificis ad tẽpus, vel in perpetuũ, iuxta qualitatem delicti; & poterit etiã iudex facere gratiã reo morituro, dũmodo exerceat d. officiũ vt per Parid. in tracta. de ſynd. verb. manigoldus, Foller. in practic. crim. in verb. pẹnis debitis, n. 19. cũ ſeq ſed ego dubito, ꝙ non poſſit facere gratiã incõſulto Principe. *Bai.*

f *Quæro hic.*] Cartar. de execut. ſentent. c. fin. nu. 456. *Roſ.*

g *Item quæro.*] Adde
6 quod † quidã iudex habẽs meretriculã in menſe petentẽ ab eo hominẽ reũ mortis corã ſe occidi, quẹ aſſerebat, ꝙ nunquã viderat hoc, & iudex, vt cõ placeret meretriculæ, ſic fecit, & quærebatur, an ille iudex cẽſendus eſſet homicida, quia reũ moriturum non pro Tribunali, & in loco ſolito, ſed in cõuiuio, & in delicijs occidi fecerat: & adductis per Doct. pro, & contra pluribus argumentis, fuit ille Iudex expulſus a Curia, qui miſcuit ſanguinẽ epulis, & delitijs, ita refert Io. de Ana. in c. cum iuramento, nu. 5.

7 Item † adde, ꝙ executionẽ delinquẽtiũ debẽt fieri publicè, & nõ occultè, niſi ex licentia Principis, & ad requiſitionẽ parentũ, vt tenet Afflict. in conſtit. Monarchiã in 6. notab. *Baiard.*

h *In loco cõſueto.*] Cartar. d. c. fin. nu. 441. *Roſ.*

i *Vnũ tamẽ in hoc pro*
8 *poſito.*] Adde † Gand. de male. in ti. de pẹn 24. col. & Caſſ. in cõſ. Burg. rub. 1. §. 5. n. 3. f. 181. vbi ponunt 15. caſus, in quib. delinquens cõburitur, vide ẽt Duen. in reg. 113. vbi ẽt plenè, & Luc. de Pen. in l. 1. C. de immuni. non conced. lib. 12. *Baiar.*

K *Cõburendũ.*] Cartar. ſup. nu. 154. *Roſ.*

l *Quæro etiam.*] Adde,
9 hic † iucidenter, ꝙ animal generis mãſueti, vtputa, equus, ſi vulnerauerit, vel occiderit, dñs equi tenetur offenſo, ad expẽſas & ad operas amiſſas, & amittendas, ſi inutilis factus eſſet; vel ꝙ detur animal pro noxa, l. ex hac lege, & ibi gl. in verb. non recipiat, & l. 1. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat. & tenetur ẽt ꝙ equus non eſſet calcitroſus, hoc eſt aſſuetus alias calcitrare, Andr. de Alfer. in conſ. 27. n. 8. to. 1. inter conſ. crim. diu. fol. 18. & in hac materia vide Soc. & Abb. in ca. ſi hos de iniur. & dam. dat. vbi plenè. Sed ſi offenſus remanet deformatus, nõ poteſt agere ad deformitatem contra dñm equi, ſiue alterius animalis, ſed ſolũ ad expenſas, & operas amiſſas, vt dixi, ſecundum Rom. in conſ. 378. & occidens equũ, ſiue canem, vel aliud animal ad defenſionẽ, non tenetur, Io. de Ami. in conſ. 117. per tot. Bald. in l. 1. C. vn. vi. col. pen. & Io. Vinc. de Anna. ſing. 173. vbi atteſtatur, ꝙ ita deciſũ fuerit per mag. Cur. Vic. *Baiar.*

m *Suſpendi, aut cõburi.*] Adde, vt per Carrer. in pract. crim. §. homicid. vlt. ſub n. 110. qui ẽt allegat cap. mulier. 15. q. 1. & quẹ plenè tradit Marſ. in locis illic alleg. *Giach.*

n *Reperio in lege diui-*
10 *na.*) Adde, † quòd de hoc eſt text. in c. mul. 15. q. 1. quod

nigenæ cognouiſſet equa, & aufugiſſet, fecit abſciendi caput equæ, & in loco eminenti affigi, dicens ꝙ erat ei indulgendum, quum eſſet vir illiteratus, & habuiſſet conſilium ab imperitis, quos ipſe peritos exiſtimabat; licet reuera vbi non eſſet etiam de homine ſupplicium ſimul ſum endum ego forte illud non facerem. In alijs autem omnib. caſib non recederem a communi DD. opin. Nono eſt etiã hoc loco prætermittenda conſuetudo, quæ viget in nonnullis regionib. procedendi cõtra locuſtas, mures, limaces, & huiuſmodi animalia fructibus terrẹ damnũ inferentia, ſuper qua in facti cõtingentia conſultus reſpondit Caſſan. conſ. 1. valere huiuſmodi proceſſum, & anathematizationem contra ea prolatam, afferens nonnulla exempla, præſertim, nu. 124. & ſeq. quæ tamen apud nos nunquam vidi in practita obſeruari.

9 *Vltimo[o] quæro, ſi aliquis reperiatur condemnatus plurib. pænis, quo erit facienda executio? Reſp. Si ſunt pecuniariẹ, omnes ſunt exequendæ. Et hoc nõ habet dubium, niſi vna abſorberet aliam, puta quia poſt condemnationem pecuniariam ſuperuenerit confiſcatio bonorum, nam eo caſu, ſtatim ſequuta confiſcatione confuſæ ſunt omnes condemnationes, et multæ pecuniariæ præcedẽtes, ſiue inflictæ ſint ex eodem delicto, ſiue ex diuerſis. Et ideò ſi reus haberet gratiam a principe pro delicto, pro quo fuiſſet condemnatus in pẹna mortis, & confiſcationis bonorum, nõ poſſet retineri in actu approbationis gratiæ propter condemnationem pecuniariam prius contra eum ſequutam. Et hoc pluries deciſum fuit per Senatum. Si vero ſunt[p] pænæ corporales, tunc: Aut ſunt inter ſe compatibiles; puta quia ex vna ſententia fuit condẽnatus in amputatione mẽbri, & ex alia in pẹna mortis. Et tunc omnes ſunt exequendæ,[q] ita tamen vt incipiatur a minori, ſcilicet ab amputatione membri, & deinde inferatur vltimum ſupplicium, non autem e conuerſo, vt videtur colligi ex gl. quæ reputatur ſingularis in l. omnes, in gl. fi. C. de lat. lib. 10. Aut verò ſunt incompatibiles inter ſe, puta quia omnes ſunt capitales, & nemo poteſt niſi ſemel mori. Et tunc eſt in arbitrio iudicis, exequi quam pænam velit, & ita ſeruat communis conſuetudo, vt atteſtatur Ang. in l. nunquam pluræ, nu. 2. ff. de priuat. delic. & in l. 1. §. fin. ff. nil noua. appel. pen. quem refert Anan. in c. fin. num. 10. de colluſ. deteg. Quum enim omnes illæ pœnæ ſint debitæ fiſco, ſeu iuſtitiẹ ad publicam vindictam, poteſt Iudex eligere quam vult, neque poſſet hoc caſu iudex dare electionem reo, vt habetur in l. aut damnum, §. perinde, vbi gloſ. in verbo, Permittens, ff. de pænis, quã gloſſ. pro ſingulari commendat Roman ſing. 131. Quæro an iudex. Vide quæ dixi ſupra queſt. 85. verſic. Solet etiam. Et ideò ſi quis ſit condemnatus pro homicidio in amputatione capitis & pro furto ad furcas, non debet fieri executio, vt prius ſuſpendatur, deinde amputetur caput, ſed iudex eligit quã pænam vult exequi, & illa ſola infertur. Si tamen eſſent plures condemnationes contra aliquem in hac eadem ſententia prolatẹ, tunc ſunt ordine ſuo exequende, prout videmus plerumque reos forcibus candentibus laniari, deinde manum amputari, & poſtea decapitari, & ſucceſſiue etiam in fruſtra ſciendi, licet tales pœnæ non ſint niſi in atrociſſimis delictis imponendæ, minus enim, quam fieri poteſt, ſæuiendum eſt in humana corpora, ſalua tamen ſemper iuſtitia.*

quod animal irrationale habens acceſſum ad mulierem, comburitur cum muliere. *Baiard.*

o *Vltimo quæro.*] Cartar. c. fin. ſup. alleg. num. 445. & ſeq. *Roſ.*

Vltimo quæro.] Adde
11 † ꝙ ſi aliquis fuerit condemnatus ad pœnã mortis, & non dixerit iudex ad quam mortẽ, ſiue furcarum, ſiue amputation. capit. debet inſpici quod crimen commiſerit, & ſi habet certã mortis ſpeciem conſtitutam eo modo, quo lex ſtatuit, infligatur: & ſi non habet certam ſpeciem, recurrẽdũ eſt ad interpretationem ipſius iudicis, vel ſucceſſoris, quæ interpretatio ſeruabitur, dum tñ modum ſolitum in talibus, aut rationis debitum nõ excedat, Luc. de Pen. in l. 1. nu. 22. C. de deſert. lib. 12. *Baiard.*

p *Pẹnæ corporales*] In hac q. etiam vi. per Lud. Carrer. in pract. crim. §. hom vltim. ſub num. 26. *Giach.*

Si verò pænæ corporales.] Adde, quòd Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 10. nu. 9. tenet, quod non ſit inchoandum ab amputatione membri; nam lenta mors, quæ tot cruciatibus affligit delinquentẽ, ſolet reũ in blaſphemias, & ſalutis æternæ deſperationem inducere; ſed ſi leuis pæna præcederet, vt ſi traheretur ad caudã equi per terram, vt ſæpè ſolet fieri in facinoroſos homines, non ita induceretur ad deſperationem
13 ſed † conſuetudo ſeruat cõtrariũ, ſcil. quod prius ad amputationem manus deuenitur, & poſteà ad pænam mortis, & ita pluries ſeruari feci. *Baiard.*

q *Ita tamen, vt inci-*
12 *piat minori.*] Adde, † ꝙ ita tenent Bart. & Io. de Plat. in d. l. omnes, et Frã. Marc. in dec. 898. part. 2. *Baiard.*

r *Et ideò ſi quis.*] Ad-
14 de, ꝙ † Io de Anan. in d. c. fin. de colluſ. nu. 10. dicit, quòd ſi aliquis fuerit bannitus ad caput, & ad furcas, & non appareat ex quo delicto fuerit primò bannitus, ꝙ aliqui dicunt, primò ſuſpendendum eſſe, deinde decapitandum, & alij dicunt, ꝙ tantum in capite puniri debet, quia illa eſt minor pẹna, & nihil determinat & quod amputatio capi-
11 tis ſit minor pẹna, † & minor, quàm pœna furcarum, tenet Bartol. in d. capitalium §. ſerui, ff. de pẹn. & Caſſan. in conſuetud. Burg rubr. 1. §. 5. nu. 1. & 2. vbi dicit, quòd eligenda eſt pẹna amputationis capitis, tamquam mitior: ſubdit, quòd contrarium ſeruatur in Francia: & etiam videtur velle defendere, quod furca eſt minor pœna. *Baiar.*

QVÆST. C.

De cadaueribus Damnatorum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Cadauera damnatorum an poſſint deponi, & ſepeliri.*
2 *Et an poſſint dari medicis ad anatomiam faciendam.*
3 *Et an ſi ſit reus mortuus ante executionẽ, debeat nihilominus eius cadauer ſuſpendi, remiſſ.*
4 *Et quid faciendum ſit de veſtibus damnatorum.*

Ex Additionibus.

1 *Suſpenſus an, & quando poſſit de furcis tolli.*
2 *Ioan. de Anan. impugnatur.*
Iudex non permittens corpora delinquentiũ ſepulturæ tradi, pænam incurrit, ſi no erant condemnati, vt in loco patibili relinquerentur, ibid.
3 *Bannitus ſiue exulatus ab aliquo loco, ſi moritur pedente exilio non poterit in dicto loco ſepelire ſine licentia ſuperioris.*
4 *Suſpenſi cadaner, an & quando poſſit tradi ad anatomiam.*
5 *Pinguedo hominis an poſſit retineri a Medicis in foro conſcientiæ*
6 *Veſtes condemnati ad mortem cuius ſint, tã in Regno Neap. quam in ſtatu eccleſiaſtico.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. C.

a Hoc tamen intellige.] Cartar.de execut.ſentent.cap.fin. num.457. & ſeqq. *Roſſ.*

Hoc tamen intellige.]
1 Adde † de hoc procedere, ſi fuerit ſuſpenſus in patibulo conſueto,& deputato;ſecus ſi alibi quia tunc ſine licentia poſſet tolli, ſecundum Ioan. de Anan.in c.fures, nu.2.de
2 furt.† Sed ego credo hoc verum non eſſe,quia neſcio videre cauſam differentiæ, quare potius à loco inſolito, quam à loco cõſueto ſine licẽtia tolli poſſit: immo multo minus à loco inſolito, in quo nõ ſine maxima cauſa executio facta fuerit, vt eſt quando ſuſpendũtur in loco proprio, in quo delictum fecerunt, & ideò ſemper eſt petẽda licẽtia à iudice, & ita ſemper vidi obſeruari,& ſi iudex non permitteret quòd corpora defunctorũ ſepulturæ traderẽtur (qui non eſſent condemnati, vt relinquerentur in loco patibuli,) incurrit pœnam priuationis officij,& exilij, ac etiã teneretur reficere paſſus iniuriam,& omnem læſionem,arg. text.in auth.vt nulli iud. §.& hoc peruenerit, & ita habetur per Afflict.in conſtit.Regni, ſi quis aliquem,num. 13. quæ eſt vltima omnium cõſtitutionum, & de hoc vide etiam Couar. varia. reſolut. lib.2.c.1.nu.11. vbi latè quib. vltimo affectis ſupplicio iuſtè poſſit negari eccleſiaſtica ſepultura,& quæ cadauera ex iuſta cauſa, vt terror ceteris incutiatur,inſepulta relinqui poſſint.
3 Itẽ adde, † quod ſimiliter quando quis eſt relegatus, vel bannitus ab aliquo loco, vel ciuitate, ſi pendente tempore exilij, vel banni moriatur, non poterit ſepeliri in loco,à quo erat expilatus, ſiue bannitus abſque licentia ſuperioris, ita Gomeſ. in capitulo 14. numero 8. hic allegato, vbi latè. *Baiard.*

b *Ego non reperio.*] Tu adde veram,atque communẽ ſententiam eſſe dari poſſe per Ripam tract. de peſt.tit.de remed. præſeruati. contra peſtem,n. 142. refert & comprobat ex alijs Iac. Menoch. de arb.iud.lib.2.cent.3. caſ.285. nu.10. qui tamen,nu.fin. tenet iudicis arbitrio tribuendum, qui ſua prudentia conſiderare debet familiam, conditionem, & dignitatem. Nam ſi vilis, & deploratæ conditionis ſit, tradendum anathomiæ dixit; ſubiungit tamen tutius eſſe principis voluntatem perſcrutari. Ego indiſtinctè obſeruarem inconſulto Principe, & nulla conſideratione conditionis, ac dignitatis familiæ habita, communem ſententiam in aſſaſſinis, qui per fruſtra ſcinduntur, vt habetur ſupra §. Aſſaſſinium, numero quarto. *Giach.*

c *Et vniuerſitas reſpondit,quod ſic.*] Adde, † quod
2 ita ratione publicè vtilitatis tenent Curt.& Lancellot.Dec. in l.Imperiũ, ff.de iuriſd. omn. iudicũ. Tamen Rip. in tract. de remed.præſeruat.contra peſt.num.143.& ſequẽt. atteſtatur,quod de cõſuetudine requiritur Principis,aut damnati licentia: & ibi etiã dicit, quòd ſolent Phiſici officia ſolemnia pro anima anothomatizati decantari facere, & ipſius oſſa ſepulturæ cum debitis funeralibus tradere, ſed Menoch. de arbitr.iud.caſ.285.num. 10. dicit,quod remittitur arbitrio Iudicis: ſubiungit tamen, tutius eſſe Principis voluntatẽ perſcrutari.
5 Item adde,§.quòd Ioannes de Anan. in c. fures, extra de furt. num. 3. dicit, quòd vidit dubitari, an Medici in foro conſcientiæ valeant retinere aliquid pinguedinis de homine dato ad anatomiam, vt alijs mederi poſſint. *Baiard.*

d *Quæro etiam.*] Cartar. ſup.num.462.& ſeq. *Roſſ.*

Quæro etiam.] Adde,
6 quod † in Regno Neapolitano de conſuetudine ſeruatur, quod manigoldus habet veſtes viles, quibus reus ad iuſtitiam ducitur;ita atteſtatur Io. Ant.de Nigr.in c.grauamina numero 100.& ita vidi ſeruari tam in dicto Regno, quàm in Statu Eccleſiaſtico:ſed de raro ſuper hoc oritur controuerſia, quia executores exſpoliant reos bonis veſtimentis, antequam ducantur ad iuſtitiam. Et per hæc ſit impoſitus finis huic meo labori ad laudem, & honorem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis meæ Aduocatæ, ac Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum glorioſo martyrio præſens dies eſt conſecratus, dum ſecunda vice in vtroque Statu Sereniſſimi Ducis Parmæ Domini mei in Prouincijs Aprutij præeram. Amen.

QVÆST. C.

1 *Ltimò quæro, facta executione capitalis quod faciendum ſit de cadaueribus damnatorũ? Reſpon. De iure ciuili habemus titulum, ff. de cadaueribus punitorum, in quo habes, quod nõ licet ea ſepelire, niſi habita licentia a principe, præſertim ſi ſunt damnati ob crimen læſæ maieſt. De iure autẽ canonico poſſunt corpora damnatorum ſepeliri, vt eſt tex.in c.quæſitum. 13. q. 2. Et dicit Caſſan. ſuper conſuet. Burg.f. 94. poſt nu.5. quod ita in Italia obſeruatur; in Gallia vero ſeruatur ius ciuile, Sed (vt ipſe fatetur) melius faciunt Itali, quã Galli. [a] Hoc tamen intellige, vt fiat habita prius licentia a iudice, alias enim non ſolent deponi, neque tradi ſepulturæ. Et ita declarant cõmuniter Doct. vt dicit Ant. Gomeſ. c. 14. delictorũ,nu.8. prout etiam ſeruatum fuit in ſacratiſſimo corpore Saluatoris noſtri, qui de licentia Pilati Præſidis fuit a cruce depoſitus, & traditus ſepulturæ Io. 20. Bene verũ eſt, quod quandoque condemnati propter immanitatẽ criminis, puta læſæ maieſt. ẽt aggreſſores publicarũ viarum ſolent, poſtquam ſuſpenſi ſunt, relinqui in loco patibuli, vt ceteris ſint exemplo, el terrori, quod etiã teſte Igneo in l. 1.§. ſi ſibi manus, poſt nu.49. ff. ad Syll. plerunque Gallia obſeruat, vt ſ.in ſignum latronum cadauera membratim diuiſæ, in locis, ubi frequentius graſſati ſunt, pendere permittantur.*

2 *Quæro, nunquid cadauer puniri poſſit dari modicis ad faciendã anatomiam? Reſp. Bar. in l. fin. ff. de cada. puni. poſuit hanc quæſtionẽ, et eam non decidit, ſed relinquit cogitandũ. Ego [b] non reperio hoc in iure deciſum, ſed de conſuetudine paſſim obſeruatur, quod dãtur huiuſmodi corpora medicis, habita tamen prius licentia a principe, vel ſenatu. Et ita practicari atteſtacur Bertach. in verb. Cadauera, n.5. Et refert Ant. Gomeſ. c.14. delictorum in fi. quod de anno 1550. Carolus V. Imper. perquiſiuit votũ Vniuerſitatis Salmaticenſis, an hoc liceret facere, [c] & vniuerſitas reſpondit, quod ſic.*

3 *Item quæro, an ſi reus moriatur ante executionem, debeat eius cadauer ſuſpendi? Dixi ſupra quæſt. 51. verſic. Sed hic incidenter.*

Quæro [d] ẽt, quid faciendũ ſit de ueſtib. damnatorũ? Reſp. Bart. in l. diuus, ff. de bo. dam. dicit, quod debet eorũ preciũ cõuerti in expẽſas neceſſarias officij, puta in perſequendo maleſactores, & hmõi. Ego puto in hoc ſeruandã eſſe conſuetudinem prouinciæ; & quid obſeruetur in Francia, habes apud Boer. dec.349. poſt nu.5. apud nos aũt ſeruatur, quod veſtes uiles, quib. indutus eſt condemnatus, tempore quo afficitur ultimo ſupplicio, præter eas cũ quibus eſt honeſte ſepeliendus, ſint carnificis, pretioſæ vero diſtribuuntur inter milites, ſiue ſatellites, prout ẽt inter ipſis diſtributæ fuerũt veſtes Saluat. noſtri tẽpore ſacratiſ. ſuæ paſſionis, cuius merito nos ad cæleſtia gaudia perducat, illiq. ſit laus, & gloria in ſempiterna ſeculorum ſecula. Amen.

FINIS.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
Quæ in Practica Criminali
D. IVLII CLARI,
EX VNA PARTE,
ET ADDITIONIBVS
Ex Altera Diſperſi leguntur.

A
Ex Claro.

ABBAS pro Monacho an audiatur, §.fin. q.33. num.5.

Ex Additionibus.

Abbas declaratur, lib.5.§.fin.q.55.num.45.
Abbas quã poteſtatem habeat in Monachos delinquentes, lib.5.§.fi.q.35.num.18.
Quod tamen limita, vt ibid.
Abiuratio facienda per Hæreticum, & pœnitentia imponenda abiurato, §.Hæreſis, num.3.
Abolitio quid ſit,& quæ delicta comprehendat,§.fin.quæſt.59. num.97. & 103.
Et an delicta commiſſa in officio, ibid.
Et an crimen aſſaſſinij, ibid. num.104.
Et an excuſetur quo ad reſtitutionem rei ablatæ, ibid. num.105.
Abolitio, & indulgentia quomodo differant, ibid.num.107.
Abolitionis effectus, ibid.num.109.
Abortum procurans quomodo puniatur, q.68.num.1.
Abortus pœna in ſtatu Eccleſiaſtico, ibid. num.8.
Abortum committens punitur pœna mortis, ſi fœtus occiſus ſit animatus, ſecus ſi formã humanã nõ habeat, ibid.num.9.

Ex Claro.

Abradens inſtrumentum, dicitur falſum committere, §.falſum, num.32.
Abſens quibus modis contra baſentes contumaces procedatur, §.fi.q.44.num.1.
Abſens de iure communi non poteſt diffinitiuè condemnari, ſed fit annotatio bonorum, ibid.num.2.
Et quid de conſuetudine, ibid.num.3.
Et an poſſit etiam ad mortem condemnari, ibid.nu.4.
Et an ſi reus intra annum compareat, & ſatiſdet de parendo iuri recuperet ſtatim bona annotata, ibid.num.5.
Et an eo caſu teneatur ipſe probare innocentiam ſuam,§.fi.q.44. num.6.
Et an quando reus eſt contumax,debeat eius contumacia accuſari, ibid. num.7.
Et an requiratur declaratio Iuidcis ſuper contumacia, ibidem num.8.
Et an ſit citandus reus ad allegandum, ibid.num.9.
Et an vltra contumaciam requiratur etiam, quod ſit per probationem conuictus, ibid.num.10.
Et an contra huiuſmodi fictam confenſionem inductam à ſtatuto admittatur probatio innocentiæ, ibid.num.11.
Et an poſſit Iudex pro reo abſente aliquas probationes indecere ibid num.12.
Reus contumax an ſit citandus ad ſententiam,ibid.num.13.
Et an poſſit ſtatim lapſo termino peremptorio condemnari, ibi. num.14.
Et quæ ſit forma ſententiæ, quæ contra abſentem,& contumacẽ proferetur, ibid.num.15.

Ex Additionibus.

Abſens tempore maleficij an teneatur ad collectam impoſitam per Vniuerſitatem,q.82.num 37.
Abſens appellans, vel reſtitutionem petens perſonaliter comparere debet, q.94.nu.6.
Abſens in quibus caſibus poſſit condemnari,§.fi.q.44.num.2.
Abſens poteſt condemnari quando crimen eſt liquidatum inter præſentes, ibid.nunm.4
Iacob de Aren.ab impugn.Clar.defenditur, q.44.num.5.
Abſens in criminalibus, an, & quando poſſit per alium defendi, q.32.num.1.& ſeq.
Abſens oblato ſaluoconductu, an teneatur credere,q.34.nu.28.
Abſentia præſumitur malitiosè allegari, ſi de malitia ex proceſſu apparet,§.fi.q.34.num.14.
Abſentia an ſit probanda, vel ſufficiat ſolum allegatio,ibid.n.18.
Abſentia citati perſonaliter malitiosè allegatur, ibid.nu.13.
Item illius, qui ſemel fuit in iudicio, ibid.nu.15.
Abſentia in Regno Neap. non admittitur ſi citatus fuerit viſus die delicti precedenti, & ſeq.q.34.num.9.
Et inſomatio, an fuerit viſus capitur ſummariè, ibid.num.10.
Et an à non admiſſione interpoſita appellatio non ſuſpendit, ibid.num.11.
Et infra quantum tempus debeat citari, ibid.num.12.
Abſentia,& infirmitas citati poteſt per quemlibet allegari, ibid. num.7.
Abſentia poteſt allegari etiam, quòd quis ſit poſitus in banno, q.44. num.46.
Abſentiarum genera, q.34.num.1.
Abſolutio adulteri liberat adulteram, §.adulterium,num.94.
Abſolutio poteſt retractari inconſulto Principe, ſi reus poſt abſolutionem confiteretur delictum, q 98 num.7.
Abſolutio delinquentis an proſit mandanti, q.57.num.2.
Abſolutio facta per officialem ex abrupto non facta inquiſitione ſolemniter, nec dato termino, ſed ſolum examinatis teſtibus pro informatione Curiæ non valet, ibid.num.16.
Abſolutio facta per officialem in fine officij non ritè procedendo,non præiudicat parti,aut Reipub.nec ſucceſſori,idid.n.17.
Abſolutio in Regno Neap.quomodo fiat, q.62 num.4.
Et quomodo in Regno Francię, ibidem,num.5.

Ex Claro.

Abſolutus de crimine an poſſit accuſare, §.fi.q.14.num.14.
Etiam in caſibus criminalibus accuſatore non probante reus abſoluitur, l.5.§.fi.q.62.num.1.
Et quæ ſit forma, & effectus huiuſmodi abſolutionis, ibid.nu.2.
Et an in dubio reus cenſeatur abſolutus quia delictum con commiſerit, an autem quia non fuerit probatum, ibid.num.3.
Et an ille, qui in cauſa ſuccumbit, debeat in expenſis, & damnis condemnari, ibid.num.4.
Calumnia duplex eſt, vera ſcilicet, & præſumpta, ibid.
Et an quis teneatur in foro conſcientiæ pro damnis illatis,& leui & leuiſſima culpa, ibid.num.5.
Et an accuſator eo ipſo,quòd non probat,præſumatur calumniari, ibid.num.6.
Et quid ſi iurauerit de calumnia, ibid.num.7.
Et quid ſi habeat pro ſe aliqua euidentia indicia, ibid.num.8.
Calumniator an poſſit ſuper eodem proceſſu condemnari, ibid. num.9.